



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita Ioannis Berchmanni Flandro-Belgæ Religiosi
Societatis Iesv**

Cepari, Virgilio

Antverpiæ, 1630

Magna de eo virtutum opinio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46083](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-46083)

uersus, de viâ aspexit nonnullos post sepium
virgulta genibus nixos coronas suas orando
voluere, non sine magno animi sui sensu. A-
liás cateruatum puerorum agmina reuerten-
tem rure comitabantur in Tyrocinium us-
que, non sine Patrum id spectantium gaudio
atque admiratione.

Ingenti ardebat zelo iuuandi domesticos *Zelus ani-*
omnes, nec minori charitate ferebatur in sa- *marum,*
ludem exterorum; atque ut secundis aliorum
successibus mirè lætabatur, ita dolebat ad-
uersis, nec minor eum proximi quàm sui sol-
licitudo exercebat. Nouitius quidam propo- *Nonitium*
siti pœnitens, viam explorabat abeundi. Ipse *in proposito*
nutantem
ad genua se aduoluit dubitantis, obtestatur *firmat.*
dies aliquot maneat: interea Socios sollicitat,
ut pro eo Deiparam deprecentur; & constan-
tiam nutanti videtur impetrasse. Cùm qui- *studium*
dam è Tyronibus sub noctem obiisset è vi- *solvendi*
uis, Ioannes viñus sibi parum pro defuncto *suffragia*
pro mor-
orasse, potestatem fieri sibi petiit, plura pro *tuis.*
eo Rosaria persoluendi, postquam reliqui ad
dormiendum essent profecti. Ad summam, *Biennium*
tyrocinij
conficit.

vtrumque Tyrocinij annum eā Superiorum,
Contubernialium, Patrum Fratrumque do-
mesticorum satisfactione transfigit, ut Ange-
lus loci audiret. Utque nemo ullum vñquam *Magna de*
in eo defectum notarat, sed quilibet virtuti- *eo virtutē*
opinio.
bus omnibus censebat absolutum, ita sanctæ

C 2 instar

instar virgunculæ suspiciebatur , deprædica-
baturque , & consuetudinem eius non modò
Aspectus suo
ad virtutē
inuitat. amabant, sed ambiebant omnes. Nonnulli è
Tyronibus solo se eius aspectu ad virtutem
pietatemque accendi fatebantur ; & quid
nescio diuinum oculis,vultu,totoq; ecorpo-
re emicare, ita Cælitibus quàm mortalibus
similior videbatur.

*Ad pronū-
tianda Re-
ligionis vo-
ta admitti-
tur.*

*Patris iam
Sacerdotis
Sacra pro
se postulat.*

Igitur cùm de nuncupandis ab eo votis ad
Patrum concilium deferretur , omnium qui
conuenerant suffragijs non modò idoneus
iudicatus est , verùm etiam eximiâ laude
commendatus. Ipse autem vt hoc sui holo-
caustum Deo redderet acceptius , ad patrem
suum , qui iam Sacerdotio , vti prædiximus,
Diesthemij erat initiatus, litteras scripsit, ro-
gauitque , vt in Æde Asperi-collis ter Sacris
in honorem sancti Spiritus operaretur , sibiq;
à Deo opem Deiparæ patrocinio efflagitaret.
æquum enim esse, vt quemadmodum paren-
tes vulgò gaudere solent, cùm filij contractis
Magnatum affinitatibus acceptum familiaz
splendorem augent , ipse multò amplius sibi
gratularetur dignitate filij sui , cuius anima
dicto votorum sacramento iani Christo
Iesu cælorum Regi esset desponsata ; quo se
obstringi voluisse dicebat , vt mundo mor-
tuus , in IESV cruci affixi Societate tribus
quoque clavis , paupertatis , castitatis atque
obedien-